

CAPÍTULO VII

DESDE EL PREFACIO HASTA EL FIN DE LA MISA

87. «67. Cum autem pervenerit in fine ultimae Secretae (1) ad *Per omnia saecula*, exclusive, stans in medio altaris, positus hinc inde super altari manibus, clara voce cantando, illa profert, deinde *Dominus vobiscum*, cum Praefatione competenti, et dicens *Sursum corda*, manus aliquantulum elevat; ac dicens *Gratias agamus, etc.*, manus elevatas jungit in verbo *Deo nostro*, oculos elevans, et statim caput aliquantulum inclinans, mox disjungit manus, easque expansas tenet usque ad finem Praefationis; et iterum cum dicit *Sanctus, Sanctus, etc.*, illas jungit, capite aliquantulum inclinato, prosequens cetera cum ministris, submissa voce, videlicet, assistente Presbytero, et Diacono, qui tunc ad eum accedit (2). Et cum dicit *Benedictus qui ve-*

(1) Concluidas las secretas, el Presbítero Asistente, cierra el Misal, y lo entrega al Ministro del libro, quien lo lleva á la credencia, poniendo el Presbítero Asistente el Canon en el atril. De Herdt, loc. cit., n. 60.—Antes de comenzar el Prefacio, *Caeremoniarius de Episcopi capite pileolum detrahit*. Schober, loc. cit., cap. 7, n. 1. En algunas Catedrales quita el solideo el Presbítero Asistente, según laudable costumbre.

(2) A saber, á la derecha del Obispo.—*An Subdiaconus in Missa pontificali ad Sanctus ascendere teneatur, ubi talis viget consuetudo?* Resp. *Negative*. S. R. C. 2 Maj. 1892, *Urgellen*, 2.

nit, etc., erigens se, facit sibi signum crucis a fronte ad pectus, sinistra infra pectus posita: tum manibus junctis, et super altari positus, devote inclinatus, extollit ad Crucem oculos, et eos statim demittit, et incipit, ac prosequitur secrete totum Canonem, illumque adjuvat Diaconus, elevando dalmaticam ad brachium, et discooperiendo, et cooperiendo calicem, dum signat, et alios actus faciet, prout in Missali, attente, et devote usque ad elevationem. Presbyter vero assistens advertat ad illa verba *Una cum famulo tuo, etc.*, et *Antistite nostro, etc.*, ut ea proferat secundum regulas in Rubricis Missalis positas, videlicet *Me indigno servo tuo, etc.*

88. «68. Dicto *Sanctus, etc.*, vel incepto Cañone, quatuor, sex, aut ad summum octo ministri, cottis induti, afferant totidem funalia cerae albae accensa, et factis debitis reverentiis, collocant se genuflexi hinc inde a lateribus Subdiaconi (1), tenentis patenam, vel si magis commodum, ad latera altaris.

89. «69. Tunc vero omnes, tam in choro, quam extra genuflectunt, praeter Presby-

(1) Los de las hachas saldrán de la Sacristía, irán al Altar, y colocados en línea recta detrás del Subdiácono, harán genuflexión sencilla; levantados, se saludarán mutuamente con inclinación de cabeza, y se colocarán á los lados del Subdiácono, *vel si magis commodum, ut si facienda sit communio, ad latera altaris, facie ad invicem versa*, como dice De Herdt, loc. cit., n. 114.

terum, et Diaconos assistentes, et Diaconum, ac Subdiaconum, qui nonnisi cum Celebrante genuflectunt (1). Cum Celebrans profert verba Canonis *Quam oblationem, etc.*, et dum elevatur sanctissimum Sacramentum, Diaconus accedit ad ejus dexteram, advertens ad discooperiendum, et cooperiendum calicem, cum Episcopus super eo signat, et cum sanctissimum Sacramentum elevatur, genuflexus sublevat extremitatem planetae Episcopi celebrantis, prout de his plenius in *cap. IX, lib. I, § V, de Officio Diaconi* dictum fuit.

90. «70. Interim Caeremoniarius, seu aliquis acolythus, imposito a se ipso, vel ab alio, thure absque benedictione in thuribulum, thurificat Sacramentum Corporis, et Sanguinis Domini, dum elevatur, ter pro unoquoque ducens thuribulum. Chorus prosequitur cantum usque ad *Benedictus, qui venit, etc.* exclusive; quo finito, et non prius, elevatur Sacramentum. Tunc silet chorus, et cum aliis adorat. Organum vero, si habetur, cum omni tunc melodia, et gravitate pulsandum est.

(1) *Cum Episcopus profert verba Canonis* Qui pridie, *Presbyter Assistens et Diaconus in ora suppedanei genuflectunt, reliqui vero locis suis.* Schober, loc. cit., cap. 5, n. 6. Según se desprende del silencio del Ceremonial y los autores, el Presbítero Asistente no debe sustentar la casulla á la elevación, si bien parece no haber inconveniente en que lo haga, más que más si así se acostumbra.

91. «71. Elevato Sacramento, chorus prosequitur cantum *Benedictus, qui venit, etc.* (1); ministri funalia habentes, surgunt, et factis debitis reverentiis discedunt, ac funalia extra Presbyterium extinguunt (nisi facienda sit communio; quia tunc remanent genuflexi cum funalibus accensis usque ad finitam communionem), et pariter tunc omnes surgunt, et stant usque ad communionem inclusive. Celebrans continuat Canonem Missae cum signis et caeremoniis, prout in Missali. Diaconus vero advertit ad detegendum calicem, cum opus est, aliaque facienda, quae latius in superiori capite *de Officio Diaconi in Missa solemn*i explicantur (2).

(1) *Dum SS. Sacramentum, sive sub una, sive sub altera specie elevatur, cantoribus esse omnino silendum, juxta Rubricas usdemque Sacramentum cum ceteris adorandum. Quod si peracta ultima elevatione, quum juxta Rubricas statim Benedictus subsequi debet, ad Orationem dominicam usque, aliquid modulari libeat, Sacra Rituum Congregatio id permittit, dummodo de iis, quae ex Liturgia canenda sunt, nihil praetermittatur, Celebrans a Missa continuanda haud impediatur et quod concinitur ad Sacramentum pertineat.* S. R. C. 22 Maji 1894, *Decr. gen.*, 3.— Si se canta algún motete, *ut supra*, ha de ser después de cantado ó rezado el *Benedictus.* Ephemerid. Liturg., an. 1893, pág. 153.

(2) En el capítulo citado se advierte al Diacono que, *dum Celebrans signat super Hostiam, et Calicem, partem Dalmaticae circa brachium ejus semper aliquantulum sustineat* (á cual fin se pone junto al Obispo), y además que, *cum Celebrans signat dicens, Per ipsum et cum ipso, etc., retinebit duobus digitis dexteræ manus*

92. «72. Cum Celebrans pervenerit ad Versiculum *Per omnia saecula, etc.*, manibus super altari hinc inde infra corporale positus, dicit, intelligibili voce *Per omnia saecula saeculorum*; cum dicit *Oremus*, jungit manus, caput Sacramento inclinans: cum vero incipit *Pater noster*, elevat illas ante pectus, easque sic elevatas, extensasque tenet usque ad finem dictae orationis Dominicae.

93. «73. Cum dicit *Et dimitte nobis, etc.* Subdiaconus, facta altari reverentia cum genuflexione, accedit cum patena cooperta ad cornu Epistolae altaris, ubi Diaconus, remoto velo ex patena, illam capit de manu Subdiaconi, quam abstergit, osculatur, et cum manus osculo porrigit Episcopo celebranti, statim finita oratione Dominica, qui illam inter indicem, et digitum medium dexteræ manus capiens absque eo, quod indicem a pollice disjungat; incepta oratione *Libera nos quaesumus, etc.*, antequam dicat verba *Da propitius pacem, etc.*, signat se cum ea a fronte ad pectus, et reliqua dicit et facit, quae in Missali ponuntur.

94. «74. Subdiaconus statim, reddita patena Diacono, deponit velum ad manus

pedem Calicis, collocándose luego detrás del Obispo al *Pater noster*, y subiendo otra vez á su lado al *Et dimitte nobis*, con genuflexión únicamente en la tarima antes de bajar, y en la grada antes de subir. S. R. C. 9 Jun. 1899, *Plurimum Dioec.*, 3.

Caeremoniarii, vel alicujus acolythi, qui illud ad abacum reportat, ipse vero ad locum suum retro Celebrantem redit (1).

95. «75. Cum Celebrans dixerit *Haec commixtio, etc.*, dicit *Agnus Dei, etc.*, simul cum Assistente et Diacono (2): quibus dictis, Presbyter assistens, facta genuflexione Sacramento (3), accedit ad dexte-

(1) Haciendo genuflexión tan solo en la tarima antes de bajar. S. R. C. 9 Jun. 1899, *Plur. Dioec.*, 3.

(2) *An Subdiaconus in Missa Pontificali ascendere debeat ad dexteram Diaconi in cornu Epistolae, tum ad recitandum simul cum Pontifice Agnus Dei, tum ad aquam infundendam dum Pontifex se purificat post Communionem?*—Resp. *Negative ad utrumque; et in omnibus servetur Caeremoniale Episcoporum, Lib. II, Cap. VIII § 75 et 76.*

An saltem ad praedicta, nec non ad Sanctus ascendere teneatur, ubi talis viget consuetudo?—Resp. *Negative; et servetur Caeremoniale Episcoporum, Lib. II, Cap. VIII § 63 et 67.* S. R. C. 19 Febr. 1892, *Urgellen.* 4 et 5.

(3) Rezado el *Agnus Dei*, el Presbítero Asistente y el Diácono hacen genuflexión, pasando luego éste á la izquierda del Obispo y el Presbítero Asistente á la derecha, donde hacen genuflexión de una sola rodilla, *quia cum Assistens ad dexteram Celebrantis pervenerit, hic orationem Domine Jesu ordinarie absolvit, et proinde Assistens statim surgere debet ad pacem accipiendam.* De Herdt, loc. cit., n. 118. Recibida la paz, hace genuflexión, se retira un poco hacia la derecha, para que pase el primer Diácono Asistente, y va á dar la paz á los del Coro, acompañado del segundo Maestro de Ceremonias, sin darla á los Diáconos Asistentes, ni al Diácono del Evangelio, ni al Subdiácono: *isti enim capiunt Pacem ab eodem Celebrante statim, postquam illam dederit Presbytero assistenti, genuflectens prius et post,*

rum latus Celebrantis, Diaconus vero similiter ad sinistrum, ubi supplet ad librum loco Assistentis; ipse vero Assistens, dicta per Celebrantem Oratione Domine Jesu

ante sanctissimum Sacramentum, non autem osculantes altare. Caeremon., lib. 1, cap. 24, n. 3; et S. R. C. 18 Mart. 1899, *Alatrina*, 3.—*Diaconus Evangelii et Subdiaconus Epistolae, si sint ordine Presbyteri, debent accipere pacem ab Episcopo immediate post duos Diaconos assistentes.* S. R. C. 15 Mart. 1608, *Alexandrina*, 13.

A este fin el primer Diácono Asistente subirá á ponerse detrás del Presbítero, tomando la paz, luego que éste se ha retirado á la derecha, y haciendo genuflexión antes y después, sin poner las manos sobre el Altar ni besarle. Recibida la paz, se retira á su lugar. Seguirá el segundo Diácono, quien hará lo mismo que el primero.—Vendrá después el Diácono del Altar, quien, recibida la paz, pasará á la izquierda del Pontífice, haciendo allí genuflexión, y asistirá al libro hasta que llegue el Presbítero Asistente. Al llegar éste, pasará á la derecha con genuflexión en ambos lados, no en el medio (S. R. C. 9 Jun. 1899, *Plur. Dioec.*, 1), y ministrará las vinajeras al Prelado.

El Subdiácono, en habiendo recibido la paz, se quedará allí mismo hasta que llegue el Diácono, descubriendo el Cáliz y sirviendo las vinajeras, si el Presbítero Asistente no hubiese llegado aún del Coro. Si éste ha llegado á tiempo, el Subdiácono se retirará con la debida genuflexión á su lugar en el plano detrás del Obispo, sin hacer nada, como arriba queda dicho, hasta que haya de limpiar el Cáliz y llevarlo sin velo humeral á la credencia.

Nótese bien que si el Diácono y el Subdiácono han de comulgar, no recibirán la paz, *ut supra*, sino que deben recibirla inmediatamente después de haber comulgado. Caeremon., lib. 1, cap. 9, n. 6. Véase la nota del n. 102. Exceptuase el día del Jueves Santo, en que se omite el *osculum pacis*. Lib. 2, cap. 23, n. 6.

Christe, qui dixisti, etc., genuflectit, et statim surgit, osculatur altare simul cum Celebrante, a quo dicente ei *Pax tecum*, accipiet pacem, cui ipse respondet *Et cum spiritu tuo*; dumque pacem accipit, appropinquat sinistram genam suam sinistrae Celebrantis, ita ut se invicem leviter tangant; et iterum ante Sacramentum genuflectens, ac statim surgens, recedit, et comitante Caeremoniario, pacem in Choro distribuit, sicut in *cap. XXIV, § III, lib. I, de ordine dandi pacem*, plene demonstratur.

96. «76. Quo facto, revertitur ad locum, et Officium suum. Interim Diaconus supplet ad librum loco Presbyteri assistentis a sinistris, et Subdiaconus a dexteris servit discooperiendo calicem, et alia faciendo, quae erunt opportuna, donec Episcopus communicet. Celebrans prosequitur Missam, prout in Missali; et cum sacramentum communionem Corporis et Sanguinis Domini sumpserit, ac se purificaverit, digitosque abluerit, accedit acolythus de mitra serviens, eam illamque porrigit Diacono, et Diaconus imponit Celebranti, fimbrias elevante Diacono assistente, vel Caeremoniario, qui stans in cornu Epistolae, lavat manus, afferente lances scutifero, seu nobili, ordine superius dicto; et Presbyter assistens transfert librum ex latere Evangelii ad latus Epistolae, nisi jam translatus fuerit a Diacono.

97. «77. Subdiaconus vero complicat corporale, tergit, et mundat calicem, et omnia,

quae prius attulerat, colligit, et componit, velum et bursam super calicem reponendo, eaque ad abacum reportat, sine tamen velo humerali, per gradus anteriores altaris, facta illi reverentia.

98. «78. Episcopus vero, tersis manibus, deponit mitram, legitque Communionem ex libro, quae etiam cantatur a choro post *Agnus Dei*, postquam Episcopus sumpserit communionem (1); et ea cantata, Episcopus accedit ad medium altaris, quod osculatur more solito, et vertens se ad populum per latus suum dexterum, cantat *Dominus vobiscum*, et reversus ad librum per eandem partem, dicit *Oremus*, versa facie ad Crucem altaris; deinde Orationem, seu Orationes competentes; quibus cum sua conclusione finitis, redit iterum ante medium altaris, quod, ut prius, osculatur, et rursus ad populum versus cantat *Dominus vobiscum*, et responso per chorum *Et cum spiritu tuo*, Diaconus vertit faciem ad populum, renes autem Celebranti (2) vel alias juxta dispositionem altaris, et regulariter stat versus, prout Celebrans, et cantat *Ite, Missa est*, in tono festivo; quo dicto, ipse, et Celebrans simul vertunt se per latus Epi-

(1) Luego que el Obispo ha recibido el *Sanguis*, se le pondrá el solideo por el Maestro de Ceremonias, ó por otro, según la costumbre, prosiguiendo la Misa.— El Presbítero Asistente quita el Canon del atril, pone en el mismo el Misal, y lo pasa, *ut supra*.

(2) Como en las otras Misas solemnes.

stolae ad altare, et Celebrans dicit *Placeat tibi, sancta Trinitas, etc.* (1).

99. «79. Quo dicto, si adsit Cardinalis non Legatus, seu Archiepiscopus suus, aut alius Superior, retrocedit paululum ad latus Epistolae, quasi benedictionem ipsi Superiori dandam remittens; ipse tamen Superior omnino illam ipsi Episcopo relinquat. Sed praesente Legato de latere, convenit, ut ipse Legatus benedicat, etiamsi Episcopus sit Cardinalis. Cum vero Episcopus benedictionem daturus est, sumpta mitra, in

(1) Rezado el *Placeat* y besado el Altar, el Diácono del Evangelio pone la mitra al Pontífice, quien canta *Sit nomen Domini, etc.*, y volviéndose de cara al pueblo después de las palabras *omnipotens Deus*, recibe el báculo y da la bendición *more solito*.

Dada la bendición y publicada la indulgencia, el Obispo deja el báculo, y quitada la mitra por el Diácono del Evangelio, *perficit circulum*, y sin moverse del medio del Altar, vuelto de cara al lado del Evangelio; pues, como dice Schober (con De Herdt), loc. cit., n. 22, nota, *Episcopus ad cornu Evangelii accedere non debet, sed tantum conversus ad cornu Evangelii dicit Dominus vobiscum submissa voce, et facto signo crucis super altari, dicit Initium sancti Evangelii, etc., et similiter in fronte, ore et pectore*.

Inmediatamente el mismo Diácono le pondrá la mitra preciosa, y recibiendo el báculo, baja del Altar por el medio, saluda en el plano á la Cruz, como dicen Martinucci y Schober, y se dirige al trono, rezando entretanto el Evangelio. De Herdt, no obstante, tom. 2, n. 123, dice que el Obispo *per gradus laterales procedit ad locum, ubi paramenta sunt deponenda*.

Si hubiese de leerse otro Evangelio que el de san Juan, lo leerá en el Altar *in cornu Evangelii* sin mitra.

medio altaris, benedicit more solito, prout in Vesperis dictum fuit.

100. «80. Et si Indulgentia non fuit publicata post sermonem, publicatur ibi tunc per Presbyterum assistentem (1) in cornu Epistolae versus populum: qua publicata, Episcopus, deposita mitra, dicit versus cornu Evangelii *Dominus vobiscum*, submissa voce et facto signo crucis super altari, dicit *Initium sancti Evangelii secundum Joannem*, quod prosequitur, sumpta mitra, et baculo, procedendo ad locum, ubi a principio accepit paramenta, associatus a Canonicis: ibique per eosdem ministros exiit sacris paramentis (2): Canonici vero deponunt sua paramenta ibidem in locis suis (3).

101. «81. Si Celebrans sit Archiepiscopus, dat benedictionem sine mitra versus ad suam Crucem, et deponit pallium super

(1) Quien antes de leer la fórmula pide licencia al Obispo con inclinación profunda.—Las Dignidades y Canónigos estarán en pie, pero profundamente inclinados, á la bendición. S. R. C. 13 Mart. 1700, *Arequipae*, 8. *Canonici Collegiatae tenentur genuflectere*. S. R. C. 27 Mart. 1628, *Caesaraugustana*.

(2) *Utrum Episcopo celebranti lotio manuum a Caeremoniali Episcoporum, lib. I, cap. XI, n. 11, et cap. XXIX, n. 10 praescripta ante et intra Missam facienda sit etiam post Missam?* Resp. *Negative*. S. R. C. 15 Maj. 1900, *Dubia*, 2.

(3) *Post solemnem Missam Pontificalem tenetur Canonicus Subdiaconus Episcopo detrahere Sandalia* (6 cuando menos asistir). Véase la nota (3) del n. 27. S. R. C. 27 Mart. 1824, *Dubium*.

altari, ac postea dicit *Initium sancti Evangelii, etc.*

102. «82. Quod si in hujusmodi Missa esset facienda communio generalis (1), vel

(1) Si hubiese Comunión general, después que el Obispo ha recibido el *Sanguis*, el Diácono cubre el Cáliz, lo retira al lado del Evangelio dentro del Corporal, y tomando el Copón, lo pone en el medio y lo descubre. El Obispo hace genuflexión con el Diácono y Subdiácono, *accipiet duas Particulas easque ponet super patenam et Diaconus pyxidem iterum cooperiet*. Martinucci, lib. 5, cap. 11, n. 15. Dos Acólitos tendrán una toalla extendida delante de los que han de comulgar.

El Diácono y Subdiácono se arrodillan en el medio sobre el borde de la tarima, éste á la izquierda del Diácono. El Obispo hace genuflexión, toma la patena, se vuelve hacia los Ministros y sin decir *Misereatur vestri*, ni *Ecce Agnus Dei, etc.*, da la Comunión al Diácono y Subdiácono, haciendo la correspondiente cruz con la partícula y diciendo la fórmula común del Ritual, *Corpus Domini, etc.* S. R. C. 7 Maj. 1853, *Grossetana*, 3.

Los Ministros, antes de recibir la Comunión, besan la mano del Obispo, y luego de recibida, besan la mejilla izquierda del Obispo, *qui eis dicit Pax tecum, et illi respondent Et cum spiritu tuo*. *Caeremon. Episc.* lib. 2, cap. 29, n. 3.

Dada la Comunión, el Obispo se vuelve de cara al Altar, deja la patena, hace genuflexión, *et retrahit se ad cornu Evangelii versa facie ad cornu Epistolae, et Subdiaconus stabit post ipsum: Diaconus vero stans in cornu Epistolae versus Celebrantem aliquantulum inclinatus, ac manibus junctis, cantabit Confessionem in tono et notis consuetis, stantibus Canonicis, et clero, exceptis his, qui sunt communicandi, qui genuflectere debent, et tunc per Caeremoniarium vocantur. Episcopus vero Celebrans, finita Confessione, legit ex libro ante se allato, vel memoriter, voce intelligibili, absolutionem, videlicet Misereatur vestri, etc., et Indulgentiam, etc., et*

particularis aliquorum, observabuntur ea, quae in *cap. XXIX, hujus libri II, § III, de Missa solemni in die Paschae*, Episcopo celebrante, dicuntur.»

CAPÍTULO VIII

DE LA BENDICIÓN PAPAL

103. Si después de la Misa hay BENDICIÓN PAPAL con indulgencia plenaria, lo cual tiene lugar dos veces al año, á saber, el Domingo de Pascua de Resurrección y en otra solemnidad *ad libitum* del Obispo, según la Constit. de Clemente XIII *Inexhaustum*, 3 Sept. 1762, adviértase que el Obispo debe darla con todos los ornamentos pontificales, incluso los guantes y el anillo, los cuales se le pondrán después del último Evangelio por los Diáconos y Presbítero Asistentes, como antes de la Misa: *Benedictio Summi Pontificis nomine impertienda dari debet absoluta Missa pontificali a Celebrante induto iisdem paramentis, reas-*

faciet super populum signum crucis, et statim loca permutant, videlicet: Celebrans cum Subdiacono accedunt cum debitis genuflexionibus ante sanctissimum Sacramentum ad cornu Epistolae. Diaconus vero, relicto dicto cornu Epistolae, vadit ad cornu Evangelii, et capit cum debitis reverentiis dictum vas, seu pyxidem coopertam, cum hostiis, et eundem discooperit, et Episcopus firmat se in medio altaris illi renes vertens, ad cujus dexteram stat Diaconus cum particulis consecratis, ad sinistram Subdiaconus cum patena. Caeremon. loc. cit.

sumptis etiam chirothecis, et Pallio ornato (si lo usa), *quippe actionem exercet plenitudinis Pontificalis dignitatis*. S. R. C. 23 Febr. 1884, *Neapolitana*, 9. Según el mismo decreto *ad 12*, si el Arzobispo da la bendición en un día en que no se usa Palio, no puede tomarlo para dicha bendición.— El Diácono y Subdiácono se quedarán en el asiento, como dice Schober, loc. cit., cap. 7, n. 30.

104. La fórmula del Pontifical prescribe que antes se lea el Breve Pontificio en lengua latina y vulgar. No obstante, las *Ephemerides*, an. 1892, pág. 304, dicen que ésta no es condición *sine qua non*, sino que se gana la indulgencia plenaria, aunque *attenta rationabili causa* (como *ne diutius populus in Ecclesia retineatur*), no se lea el Breve Pontificio, con tal que no se omita la lectura en lengua latina y vulgar de la fórmula *ATTENTIS FACULTATIBUS*, á tenor del decreto de la S. Congr. de Indulgencias 30 Jun. 1840, *Lemovicen.* (282).—No se ha de cantar el *Confiteor* antes de la bendición, como afirman y prueban las *Ephemerides Liturgicae*, año 1899, pág. 447 y sigs.

105. *Tolerari non potest quod Canonicus post pontificalem benedictionem indulgentias publicans, ad nomen Episcopi titulum Comitum adjungat*. S. R. C. 12 Maj. 1893.

106. La sobredicha indulgencia plenaria *lucrari valet et ipse Episcopus qui eam impertit*. S. C. Indulg. 5 Mart. 1896, *Montis Politiani*. (Acta S. Sedis, vol. 28, pág. 750.)